



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**D. Ioannis || Slotani || Geffensis, Sacrae || Theologiae
Profes-||soris, De retinenda fide orthodo-||xa & catholica
aduersus hæ-||reses & sectas, & præci-||puè
Lutherana[m], Li-||bri nouem.||**

Slotan, Johann

Coloniae, 1560

VD16 S 6745

Capvt IIII.

urn:nbn:de:hbz:466:1-29875

CAeterùm quum iam cõstet apud
aduersarios non esse vinculũ uni
onis, nec rectum sacramentorum vsu,
imò nec ipsa sacramenta, q̃ partim con
uellunt & detruncant, & partim aufe
runt, neq; sanam doctrinam per succes
sionis seriem episcoporũ aut patrũ ad
nos vsq; deriuatã, nemini profectò mi
rum videri debet, si dicamus apud eos
catholicam & apostolicam ecclesiam ef

Obiectio.

se non posse. Quod si quispiam oppone
re voluerit, & dicere, eandem eos legẽ
tenere, quàm catholica ecclesia tenet,
eodem simbolo quo & nos baptizare,
eundem nosse Deum patrem, eundem
filium Christum, & eundẽ spiritũ san
ctum. Si quispiam, inquam, hæc aut si
milis obijcere voluerit, illi cum D. Cy
priano respondemus, quẽadmodum il
le lib. 1. epist. 6. ad Magnum de Nouatia

Responsio

no respõdit, dicens: Sciat quisquis hoc
opponendum putat, primum non esse
vnam nobis & schismaticis symboli le
gem, neque eandem interrogationem.
Nam cum dicunt credis remissionem

pecca.

peccatorum & vitā æternā per sanctam Ecclesiam? mentiuntur in interrogatio-
 ne cum nō habeant Ecclesiam. Tunc de
 inde voce sua ipsi confitentur remissi-
 onem peccatorum nō dari nisi per san-
 ctam Ecclesiam, quā non habentes, o-
 stendunt remitti illi peccata non posse.
 Quòd verò eundem quē & nos Deū pa-
 trē, eundem filium Christum, eundē spi-
 ritum sanctum nosse dicuntur, nec hoc
 adiuuare tales potest. Nam & Chore &
 Dathan & Abiron, cum sacerdote Aa-
 ron & Moyse eundē Deum nouerant,
 pari lege & religione viuentes, vnum &
 verum Deum, q̄ colendus atq; inuocan-
 dus fuerat, inuocabant. Tamen quia lo-
 ci sui ministerium transgressi, cōtra A-
 aron sacerdotem (qui sacerdotium legi-
 timum dignatione Dei atq; ordinatio-
 ne perceperat) sacrificandi licentiā ven-
 dicarunt diuinitus percussi, pœnas sta-
 tim pro illicitis conatibus pēderūt, nec
 potuerūt rāta esse & p̄ficere sacrificia,
 irreligiose & illicitè cōtra ius diuinę dī-
 spositiōis oblata. Thuribula quoq; ipsa
 quib. incēsū illicitè fuerat oblatū, nec

IOANN. SLO. GEF.

Exod. 29

in usu de cætero essent sacerdotibus, sed potius indignationis & ultionis diuinæ memoriam corrigendis posteris exhiberent, iussu Domini conflata atque igne purgata, in laminas ductiles producantur & affiguntur altari, secundum quod loquitur scriptura diuina: Memoriale, inquit, filijs Israel, ut non accedat quisquam alienigena, qui non ex semine Aaron, imponere incensum ante dominum, ut non sit sicut Chore. Et tamen illi schisma nõ fecerant, nec foras egressi contra Dei sacerdotes impudenter atque hostiliter rebellauerant, quod nunc Ecclesiam scindentes, & contra pacem atque unitatem Christi rebelles, cathedram sibi constituere, & primatum assumere, & baptizandi atque offerendi licentiam vendicare conantur. Quomodo perficere quod agunt, aut impetrare aliquid illicitis conatibus de Deo possunt, qui contra Deum, quod eis non licet moliuntur?

Hactenus ille.

Cap.

DE
Q
de schi
cundu
Dei c. 4
aliquo
corre
sarij no
tam m
& toti
in pert
dem in
noratu
iustep
riæ pri
nouas
tur, nõ
di sunt
ptando
sequun
uas, pe
tas? Si
habet
bens)h
tur, qu